



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Reverendi P. Martini Lvtherii Sermo de digna præparatione ad
sacramentum Eucharistiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

AD CANDIDOS LECTORES.

QVI Sermones legetis R.P. Martini Lutherij de deem
præceptis qui proxime sequuntur, meminisse debetis ad po-
pulum fuisse dictos, qui, nisi rudi (quod aiunt) Minerua res
tradatur, sic doctorem audit, ut Lyram asinus. Itaque uel sen-
tentiarum acumen, uel uerborum elegatiam ne expectetis.
Si quidem hi Sermones ea dictionis simplicitate, nimirum
extemporali, qua ad populum e sacra concione fuere Ger-
manice pronunciati, hic triuiali stilo sunt æditi, non ut do-
ctos delectent, sed ut rudioribus cum laicis tū sacerdotibus
prosint, quorum utilitatis præcipue rationem is habuit,
qui inuulgandos curauit. Igitur quicquid hoc est tu
multuariorū concionum, boni consulite candi-
di lectores, & Lutherium non minus pu-
rum, ac syncerum Christianæ pie-
tatis doctorem, quam uitæ
prorsus inculpatæ
uirum, amate,
& Bene
Valete.

REVERENDI P.

MARTINI LUTHERII SER-
mo de digna præparatione ad sacra-
mentum Eucharistie.

I T E M.

QVOMODO CHRISTI PASSIO
SIT CONSYDERANDA.

Vij

CHRISTIANIS OMNIBVS.

Habetis sermonem uere eruditum & utilissimum
de digna præparatione ad sacratissimam eucha-
ristiam. Quem non est dubium salubriter pro-
futurum omnibus diligenter legentibus, & si
deliter sequentibus. Nihil enim prodest bona scire, si mala
sequaris. Necq; præclarum est intelligere facienda, si probita
tem non habeas. Intellectus enim bonus est omnibus faci-
entibus eum. Deum igitur omnipotentem oremus, ut spiri-
tum rectum innouet in uisceribus nostris, ut in ordinem re-
dacto, & uicto Adam ueteri, in uitio concepto, nato, & enu-
trito, nouum hominem induamur, qui secundum deū crea-
tus est in iustitia & sanctitate ueritatis. Nisi em̄ huc peruen-
eis ut deo om̄ia, tibi nihil tribuas, actum tecum erit. Semper
igitur hoc Propheticum in memoria habe, Pro nihilo sal-
uos facies illos. Nam gratiæ dei, sicut alia debemus
omnia, ita reprobationem, quæ est in C H R I,
S T O I E S V domino nostro, qui est
cum patre & spiritu sancto be-
nedictus in secula secu-
lorum, Amen.

R. P. AC THEO

LOGI VERE CHRISTIANI MARTI
ni Lutherij Sermo de digna præparatione
cordis pro suscipiendo sacra-
mento Eucharistiae.